

ALPHONSI A CASTRO
ZAMORENSI, ORDINIS MINORVM
REGVLARIS OBSERVANTIÆ, PROVINCIÆ
SANCTI IACOBI,

Opera omnia duobus tomis comprehensa: inter quæ quadraginta & nouem
HOMILIÆ, quibus idem author Psalmos 31. & 50. eleganter
copiosèque explicauit.

ACCESSIT

APPENDIX, ad libros contra hereses, in tres libros distributa, quibus quadraginta ab eodem
authore vel prætermittæ vel ab eius obitu nata & deprehensæ refelluntur, Authore F.

FRANCISCO FEVARDENTIO eiusdem sodalitatj, ac Parisiensi Theologo

Omnia multò quàm antea diligentius & accuratius emendata, & pluribus locis illustrata,
adeo vt iure optimo Opus nouum censeretur valeat.

Cum triplici, eoque locupletissimo Indice.

Ordinem, cathalogumque Librorum, sequens pagina docebit.



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnum, via Iacobæa sub scuto Basilienfi.

M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

P. M. Matama

[Handwritten signatures and notes at the bottom of the page, including a large signature that appears to be 'Alphonse de Castro' and another that says 'Feuardentio']

ALPHONSI A CASTRO OPERVM CA-
TALOGVS TOMI PRIMI.

Aduersus Hæreses.

Lib. 14.

Appendix ad eosdem libros in qua quadraginta ab illo, vel prætermissa, vel post eius obitum nata deprehensa refelluntur, authore F. FRANCISCO FEUARDENTIO, Parisiensi Theologo.

Lib. 3.

TOMI SECVNDI.

De iusta Hæreticorum punitione.

Lib. 3.

De potestate legis pœnalis.

Lib. 2.

Homiliæ vigintiquatuor habitæ ad populum Salmantica, in Conuentu Fratrum Minorum super Psalmum 31. Beati quorum, &c.

Homiliæ vigintiquinque in Psalmum 50. Miserere mei Deus, &c. ad eundem populum habitæ.

SVMMA PRIVILEGII.

Regis Privilegio cautum est, ne quis *Alphonsi à Castro Opera omnia cum Appendice F. Francisci Feuardenij in eosdem libros contra Hæreses, citra Michaëlis Sonnij voluntatem imprimat, intra decem annos vel alibi impressa in suis editiones importet, venaliaque habeat. Qui secus facit, confiscationis librorum & pœna fisco Regio applicanda multabitur, vt latius in Regio diplomate expressum est. Datum Lutetiae 5. Nouembris in Consilio priuato.* Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo.



SERENISSIMO ET CATHO-

LICISSIMO PHILIPPO HISPANIAE, AN-

gliae, & Hyberniae Regi, Ecclesiae defensori, Frater Alphonsus

à Castro, ordinis Minorum, omnem optat felicitatem.



AVTA est, Serenissime & Catholicissime Rex, haereticorum improba nocendi cupiditas, tantaque rabies ad perdendas animas, pro quibus Christus morti dignatus est, ut ipse idem Christus summus Dei sapientia illos impostura nomine appel-

Mat. 7.

lare voluerit, ut hoc nomine oves suas cogeret ab illorum consortio diligentissime egeret. Attendite, inquit ille, à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Amonuit quidem his verbis oves suas Salvator noster, ut sibi ipsis egerent ab haereticis, qui sub nomine Christiano tanquam sub ovina quadam pelle latitantes, in oves dominicas faciunt & illas prorsus perdere tam obstinato animo nituntur, ut nihil inrentatem relinquar, quoniam illas, si possint, suae doctrinae veneno interimant. Sacrarum scripturarum catalogum detruncant & inane faciunt, detrahentes ex eo quicquid pestiferae illorum doctrinae contradicit, ne habeant Catholici testimonia, quibus illos convincere possint. Ipsas scripturas, quas negare non audent esse sacras, in alienum sensum detorquunt. Sanctos scripturae divinae interpretes, quos Catholica Ecclesia tanquam quosdam Dei prophetas semper venerata est, contemnunt: & illis non solum pares se facere, sed impudentissima temeritate praefere audent, ut hac ratione simplici & parum cauto populo persuadeant, doctrinam suam non tanquam humanam, sed tanquam divinam esse suscipiendam. Mille mendacia consingunt, ut populum ad se trahant, & sibi propitium reddant regum & principum fauorem anxie sollicitudine quaerant, ut eorum auxilio & potentia populum contradicentem coercere valeant. Ut autem hunc fauorem venari facilius possint, eisdem regibus & principibus blandiuntur & applaudunt, dicentes illis licere quicquid libuerit. Nullum denique non movent lapidem, ut sua venenosa doctrina oves Dominicas inficere, & sic illas perdere valeant. Tamen haeretici tam versuti & solliciti sunt, & tam feroces ad perdendas animas, ut tanquam lupi ovibus, sic illi animabus semper insidiantur. Deus tamen qui illarum est optimus pastor, & illas intimo quodam affectu diligit, noluit prorsus hos lupos delere, ut hac ratione homines Christianos ad maiorem cautelam & vigiliam cogeret, & sic illis maioris meriti occasio præberet. Nam qui hostes se habere agnoscunt, cautius eos vivere oportet quam quibus nemo invidet. Et ciuitates, quae sunt hostibus finitimae, magis munitas & maiori diligentia custoditas esse convenit, ne forte hostium præda fiant. Destroctis olim Catholigenibus, Graecisque subiectis, cum quidam in Senatu dixisset res Romanas iam esse in tuto, Scipio Nalica, Plotarcho autore, respondit: verò nunc in magno periculo sumus, quia non habemus quem timeamus. Ne igitur Christiani hostibus fidei careres, ocio torperent, & in eadem fide tepescerent, pietissimus Deus permisit, ut in Ecclesia sua post prædicatum Evangelium & fidem susceptam, vix unquam deesset haereticus, qui illam vexaret. Nam à Christi Salvatoris nostri in caelos ascensione ad hunc usque diem, nullum fuit seculum in quo non fuerint novae ortae haereses aut veteres renovatae. Hoc enim nostro seculo, ut alia propria nunc omittam, cum respirationem aliquam ab haereticorum infestationibus Ecclesiae datam esse arbitrabantur omnes, ne haeretici qui in aliis multo furcationibus seculis fuerant, hunc nostro seculo tot vitiis repleto deessent, ecce repente Lutherus prodit omnem ferè post se trahens damnatarum haeresium carcerem. Nam cum alij haeretici singula sibi generum questionum intricata & cavillosa proposuerint, de quibus contra Ecclesiae Catholicae fidem sentirent atque docerent, iste universa ferè haereticorum dogmata iam denuo ab Ecclesia reiecta revocavit, ita ut variis hinc inde ascitis haereticis factus sit ipse tanquam alveus quidam late patens, per quem omnium haeresium colluvies fluere ac liberetur. Vix enim est una & altera haereticorum familia, praefertim ex his quae circa mores errarent, cum qua non habeat aliquid commune Lutherus. Sollicitat enim ille antiquus humani generis hostis, ut nunquam aut senio haereses moriantur, nullaque sit tam noxia doctrina, quae aut temporibus ebruatur aut oblivione sepeliatur. Nec prodit Lutherus solus, tanta est huius seculi infelicitas, sed multorum haereticorum agmine, cum quodam satellitio stipatus processit qui illum expectasse videntur, ut sub illius vexillo posita militarent. Illi enim nomina dederunt Philippus Melancthon, Fabritius Capito, Lambertus Conradus, Pellicanus, Andreas Osiander, Martinus Butzerus, multique alij progressu temporis catenarum se illius familiae inseruerunt. Prodiere etiam alij, qui etsi in multis haereticis Lutheri subscripserunt, sub illius tamen vexillo militare dediti sunt, & ideo a ias sinerunt hereses, de



F. ALPHONSI DE CASTRO

ZAMOREN. MINORITÆ ADVERSUS

HÆRESSES, LIBER PRIMVS.

Quid sit hæresis. Cap. I.



DE hæresibus tractatur, ab hæresis definitione auspicandum censui. Prius enim oportet, iuxta Aristotelis præceptum, hæresis definitionem statuere, ad quam velut ad gnomonem sit quævis assertio de hæresi examinanda. Hæresis iuxta nominis verum & integram significationem electio dicitur, quod scilicet eam unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem; venitque à verbo Græcæ ἀπομαρτυρεῖν, quod Latine sonat eligi. Inde Philosophorum sectæ aut opiniones, hæreses appellatae sunt. Ex qua vocis significatione alicui fortasse videretur doctrinam Evangelicam hæresim fore appellandam, cum eam plurimi errores alios deferentes, sibi eligant, eò quod existiment esse veriorum. Verum hoc statim dissolvit quisque, si consideret Evangelicam doctrinam non ab homine proditam, aut aliqua humana ratione inventam, sed sola Dei inspiratione & revelatione agnitam, ac ideo non ex nostrâ electione obvenisse alicui, sed sola Dei voluntate eam manifestante. Nullas enim suæ tantum innoxius prudentiæ, illi asserere possit. Quò sit, ut prius à deo edoctum esse oporteat, quisque hanc verè & tenaciter (ut dicitur) amplectatur disciplinam. Sic enim dicit ipse veritatis magister: Nullus venit ad me, nisi pater meus traxerit illum: Qui propter iuxta vocis proprietatem quantumlibet extensa dictione, minime hæresis appellari potest. Cui sententia faveat Theophylactus super illud ad Colossenses secundò: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, sic enim ait: Vides quemadmodum per varia, humana quedam hominum sensus & cogitatus, captiones evulsi modum emanant. Eoque hæreses dicuntur, quòd hominum sint variae sententiarum opiniones. Sed Christianorum hæc fides nequaquam humano aliquo sensu vel iudicio consistat, & ideo nec nomen aliquod sortita est istiusmodi, ut hæresis diceretur. Hæc ille. Sententia ergo quam pro suo arbitrio sibi quisque eligit, hæresis appellatur. Hinc (mea sententia) veri catholici nomen hæreseos contrahentes, asserunt eam à vera fide demanentem, hæresim appellandam, quasi non à Deo habitam aut revelatam, sed hominum electio-

A ne iuventam: nec sacris literis conformem, sed veritati fidei repugantem. Omnis enim veritas ad fidem spectat, cui credere tenemur lege divina, à deo ipsò revelata est, nec ex hominum electione pendet. Alioquin si ex hominis electione penderet, quisque inipune illi dissentire valeret: cui manifestè obviat Paulus, qui in prima ad Corinthios epistola capite secundo sic ait: Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed virtute dei. Si ergo aliquid humana ratione inventum est, illud minime fides est. Quò sit, ut si res se offerat, ad cuius alteri ex oppositis partem tuendam, fides nos cogat, ibi asserunt contrariam, hæresim appellamus. Sic igitur evenit, ut hoc nomen hæresis, quod Ethnicis promiscuum est omni opinioni, huc veniat, duc falsarum theologicarum, qui eo paulò contractione significato virtutis, sit infame, eò quòd in fide, in qua oportet capitare intellectum in obsequium Christi, proprii iudicii sententia præferatur sacris literis, aut Ecclesie definitioni, aut Conciliorum traditionibus. Qui autem sacris literis, aut Ecclesie definitionibus contradi-
dit, spiritui sancto huius rectori & illarum auctor
contradicit: Qui vos, inquit Christus, spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Et alibi: Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicat eum. Qui ergo, ecclesiam contempra, aut sacris literis posthabitis, soli sue prædicationi innititur, adeò arrogans est, ut huc verè tribui possit, quòd dicit Paulus: Qui extollitur supra omnia, ne quòd dicitur deus. Quam superbiam, idem gentium doctor alibi clarius exprimit, dicens: Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrina, superbus, nihil sciens, sed languens circa questiones & pugnas verborum. Nolle etiam acquiescere (et est in primo Regum) quasi peccatum violandi est. Graustimum ergo peccatum est propriæ sententiæ adeò tenaciter adherere, ut præ illa, quis ecclesiam contemnat, quæ à Deo regitur. Unde Greg. Cum nequissim spiritus vinctus, sed integritatem fidei vitare non possunt: quasi adhuc inferiora membra possident. Qui autem in fide corrumpuntur, usque ad verticem obliuiscuntur.

Joan. 6.

Theophylactus.

1. Cor. 2.

1. Tim. 10.

1. Thes. 2.

1. Tim. 6.

1. Reg. 15.